

recursus comprahendit. Qui solis & lunae circulum memoriter
tenet: excepto eo quod eosdem circulos per .x. & viiii. & per .xxviii.
multiplicandos partiendosq: nouit. Omnis calculator meminisse
debet easdem concurrentes solis tricesimo abhinc anno. quas & proxi
mo secuturas. Easdem .Lx°. quas & quarto. Easdem .xc°. quas &
sexto. Easdem .cxx°. quas & viii°. Easdem .cL. quas & x°. & cete
ras in hunc modum eē redituras. Quocumque enim numero annorū
transacto concurrentes scire desideras. eundem numerū uide
quotiens habeat .xxx. Et tricesima parte geminata. concordiā
uertentium cognoscis annorum. Verbi gratia .ccc^ti. decies habent
xxx. & propter eadem concurrentes tricentesimo anno quae
uicesimo sunt futurae. Si quid residui fuerit. & hoc adicies. Eodē
modo & iā in praeteritatem pora concurrentium ordo respicit.
Item quia circulus lunaris decennoue nalis est. praesentis anni
epactae uicesimo anno redeunt. Sequentis abhinc. quadragesimo.
Tertii sexagesimo. Quarti. Lxxx°. Quinti. centesimo. Sexti.
cxx°. Septimi. cxL°. Octaui. cLx°. Noni. cLxxx°. Decimi. du
centesimo. & cetera similiter. Quod & de luna .xiiii. paschae. ceteris
q: quae decennoue nali circulo includuntur. aeque sentiendum ÷.
Poterit diligens calculator hoc modo & iam prolixiores sibi tem
porum sequentium annotare recursus. quibus semper memine
rit & iam praeteriti aeui congruere statum. Memoratu autē
dignum uidetur. quia quidam ob compendium calculandi utri
usq: ordinem circuli & solaris uidelicet & lunaris transferunt

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Staatsbibliothek zu Berlin Preußischer Kulturbesitz
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_msphillipps1869/0171